Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Job

ne cum qui fecit spiritum. Ecce
gigantes gemunt sub aquis. Et qui ha
bitant cum eis. Nudus est infernus
coram illo. Et nullum est operimentum
perditioni. Qui extendit aquilonem
super nihilum. Et appendit terram super
nihilum. Qui ligat aquas in nubibus suis.
ut non erumpant pariter deorsum.
Qui tenet nubem solio suo. Et expan
dit super illud nebulam suam. Ter
minum circumdedit aquis usque dum
finiantur lux et tenebre. Columne
celi contremiscunt. et pauent ad nutum
eius. In fortitudine illius repente
maria congregata sunt. et prudentia eius
percussit superbum. Spiritus eius ornauit
celos. et obstetricante manu eius e
ducta est coluber tortuosus. Ecce hi
cepte dicta sunt viae eius. et cum
vix parua stillam sermonis eius
audierimus quis potest tonitruum
magnitudinis illius intueri. Capt

Addidit quoque iob multa. xxvii.
assumens parabolam suam ait.
Vivit deus qui abstulit iu
dicium meum. et omps qui ad ama
ritudinem adduxit animam meam.
quia donec superest anima in me. et
spiritus dei in naribus meis. non loquentur
labia mea iniquitatem. nec lingua
mea mendacium. Absit a me ut iu
stos uos esse dicam. Donec deficiam
non recedam ab innocentia mea. Jus
tificationem meam quam cepi
tenere non deseram. Nec enim rep
hendit me cor meum in omni vita
mea. Sit ut impius inimicus
meus. et aduersarius meus sit iniquus.
Nec enim spes hypocrite si auari
rapiat. et non liberet deus animam eius.
Numquid deus audiet clamorem illius
cum venerit super illum angustia. aut
potest in omnipotente delectari. et inuocare
deum in omni tempore. Docebo uos per
manum dei. quod omps habeat non abscondam.
Ecce uos nostis omnes. et quid sine
causa vana loquimini. Hec est pars
hominis impii apud deum. et hereditas
violentorum quam a omnipotente suscipient.
Si multiplicati fuerint filii eius in gla
dio erunt. et nepotes eius non satiabi
buntur pane. Qui reliqui fuerint
eius sepelientur in interitu. et uidue illi
non plorabuntur. Si congregauerit sicut
terram argentum. et sicut lutum para
uerit uestimenta. preparabit quidem. sed iu
stus uestietur illis. et argentum innocen
dunder. Edificauit sicut tinea domum
suam. et sicut custos fecit umbraculum.
Dives cum dormierit nihil secum
auferet. aperiet oculos suos et nihil in
ueniet. Apprehendet eum ut aqua mo
ra. nocte opprimet eum tempestas.
Tollet eum ventus uretus. et auferet.
et ueluti turbo rapiet eum de loco suo.
Emittet super eum. et non parcet. de manu
eius fugiens fugiet. Stringet super eum
manus suas. et sibilabit super illum
intuens locum eius. Capt. xxviii.

Habet argentum venarum suarum
principia. et auro locus est in
quo conflatur ferrum de terra
tollitur. et lapis solutus calore in es
timum. Tempus posuit tenebris. et om
nem terminum finem ipse considerat. lapides
caliginis. et umbram mortis dimi
tentes a populo peregrinante eos quos
obliuiscitur pes egentis hominis et
inuisos. Terra de qua oriebatur panis.
in loco suo igni subiacet. locus sa
phiri lapides eius. et glebe illius aurum.
Semitam ignorauit auis. nec in
tuitus est oculos milui. Non cal
cauerunt eam filii incisoris. nec pra
uerunt pecora leena. Ad silicem extendit
manum suam. subuertit a radi
cibus montes. in petris riuos excidit.
et omne preciosum uidit oculus eius.